



**Veritates Christianæ Qvæ Modvm Exhibitent Benè Vivendi  
Et Benè Moriendi**

**Balde, Hendrik**

**Ipris, 1689**

50. Cap. In morte graviter dolemus, quod non melius vixerimus.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56447](#)

## CAPVT L.

*In morte graviter dolemus, quod non  
melius vixerimus.*

**O**MNES BEATI ESSE CUPIUNT, sed de animæ suæ salute pauci laborant: quotusquisque enim pro illa consequenda in bona opera incumbit?

CETERA OMNIA MULTÒ IMPENSÌUS CORDI HABENT, ATQUE IDEÒ UBERIMIS DEPLORANDI SUNT LACHRYMIS.

Quicquid à cœlo deflectit, viam ster-  
nit ad inferos; & quicquid ab ultimo  
fine abducit, ad æternum dicit interitum.

INSTANTE MORTIS TEMPORE ALIAS CONCI-  
PIAMUS RERUM TERRENARUM IDEAS, QUAM  
DUM FIRMÀ UTEBAMUR VALETUDINE.

MULTI, QUANDO RECÈ VALENT, MAGNO  
HABENT IN PRETIO HONORES, DIVITIAS, COM-  
MODA, VOLUPTATES, HUMANA SOLATIA, CETE-  
RAQUE SENSIUM OBLECTAMENTA, QUAE, UBI  
FATALIS MORIENDI URGET NECESSITAS, RES-  
PUUNT, ATQUE CONTEMNUNT, TUMQUE VE-  
HEMENTER DOLENT, QUOD TAM INSPIENTER  
ILLA DEPERIERINT.

Vanitas vanitatum & omnia vanitas  
Præter amare Deum. Cuncta fui, sed nihil  
mihi

G

miki prodest, inquietabat septinius severus, cum  
fatali lecto detineretur.

Vincentio (ajebat etiam tum Philippus III Hispaniarum Rex) viginti illos annos  
quibus regno praei, relicto seculo, in eremum  
translatus, Deo, meaque saluti impendisse.

Ioannes vero Aragonum Rex altum  
suspirans haec ingeminabat verba: longe  
melius vixisse si regale nunquam gestasse  
sceptrum, sed agricoluram coluisse.

Hugo Cardinalis, amicis sibi insulsa-  
rantibus, ingens illi solatum esse ope-  
tere, quod purpuratorum Patroni numero  
antè obitum fuisset adscriptus, respondit:  
mittite has vanitates; profiteor enim, si o-  
ram auspicari iterato liceret, in cœnobio lepro-  
obitus, quam cardinalitatem induitus purpura  
vivere praæoptarem.

Idem fuit Leonis XI, Pontificis jam jam  
morientis sensus. Mibi quidem, inquiet-  
bat, clavis cœli data fuere, sed longe melius  
nunc necum ageretur, si Monasterij alicui  
claves tenuissim.

Nullum est in morte sincerum animi  
solatum, nisi in pio fidelique cultu, Deo  
constanter exhibito.

Quod tum factum vellemus, id nunc  
agere nos oportet. Relinquendum ei-  
modi, quod tum nos deseruisse optaremus  
Innumer

Innumeris in confinio æternitatis positi, supinam suam in procuranda animæ salute socordiam amaris lachrimis detestati sunt.

Tu igitur fac sapias; omnia defere, priusquam ab omnibus deseraris. Nihil eo facilius est; nam velle sufficit,

Quodcumque sibi imperavit animus, obtinuisse, inquit Seneca.

## CAPUT LI.

Boni instante morte latantur, contristantur mali.

Toties oblectasti oculos rerum amicorum aspectu, aures suavissimo musicæ permulisti concentu, delinivisti grato sapore palatum; toties te mundi vanitatibus immersisti. Quid ex illis omnibus nunc tibi est reliquum? quo recesserunt omnes istæ sentium illecebriæ? Transferunt omnia illa tanquam umbra.

Quod si tua te animi propensio eò te perducat, ut res alias illecebrofas videoas, audias, gustes, tangas; quid brevi post tempore inde adepturus es, nisi perpetuum conscientiæ remorsum?

Quid futurum est tibi ad terminum